AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 211
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



narrat & praedicat. Non impar gignendi atque narranti uerbum.
quod illi qui uerbum gignit ostenditur bonum. Est quiddam scitas
omnium quae scae fiunt scificatrix. ipsius incommutabilis uerbi. p quod
narratur illud principium. & ipsius principii quod pari se uerbo narrat
in se parabilis & in deuisa communio. Quis autem hoc totum quod non
dicendo dicere connatus sum. & dicendo non dicere. quis hoc possit
serenissima & sincerissima mente contueri. Eo que contuitu beatitu
dinem ducere. atque in id quod intuetur deficiens. quodammodo
se obliuisci. & pgere in illud cuius uisione uisibilis est quod est immosta
litate indui & obtinere aeternam salutem. per quam me salutare digna
mini. Quis hoc possit. nisi qui omnes supbiae suae toros inanes peccata
sua confitens conplanauerit. seque subtraxerit mitem atque humilem
ad excipiendum doctorem dni. Qnm ergo uanitate supbiae prius
ad humilitatem deponendi sumus. Ut inde surgentes solidam celsi
tudinem teneamus. non potuit nobis hoc tanto magnificentius quanto
blandius inspirari. ut nrae ferocitas non ui. sed p suasione sedaretur.
nisi uerbum illud p quod se angelis indicat ds pater. Quod uirtus & sapientia
eius est. quod corde humano uisibilium rerum cupiditate caecato
uideri non poterat. psonam suam in homine agere atque ostendere
dignaretur. Ut magis homo timeret & extolli fastum hominis. quam
humiliari exemplo di. Itaq: non xps regno terreno decoratus.
nec xps terrenis operibus diues. nec xps ulla terrena felicitate
praefulgens. sed xps crucifixus p totum terrarum orbem predicatur.
quod riserunt prius populi superborum. & adhuc rident reliquiae.
Crediderunt autem prius pauci. nunc populi. Quia tunc ad finem
paucorum & contra irrisionem populorum. cum xps crucifixus pre
dicaretur. claudi ambulabant. mutiloquebantur. surdi audie
bant. caeci uidebant. mostui resurgebant. Sic tandem animi
aduertit terrena supbia. nihil in ipsis terrisesse potentius humi
litate diuina. ut etiam saluberrima humilitas humana contra